ΥΠΟΣΤΑΣΕΙΣ · cum antiquos sensus supra dicent. EXPL;

INC AD EUNDEM:

BIB DE LA VILLE DE LYON

Importuna in euangelio mulier tandem meruit audiri et
cluso cum seruis ostio media licet nocte ab amico panes amicus
accepit. ds ipse qui nullis contra se superari uiribus potest
publicani precibus uincitur. Nineue ciuitas quae peccato
periit. fletibus stetit. quorsum ista tam longo repetita
principio uidelicet ut paruum magnus aspicias ut diues pas
tor morbidam non contemnas ouem; xps in paradisum
de cruce latronem tulit. et ne quis aliquando seram conuer
sionem putaret. fecit homicidii poena martyrium. xps
in quam prodigum filium reuertentem laeta turs amplec
titur. et nonaginta nouem sanis pecodibus derelictis. una
ouicula quae manserat. umeris boni pastoris aduehitur.
Paulus ex persecutore fit praedicator. oculis carnalibus excae
catur. ut mente plus uideat. et qui uinctos xpi famulos duce
bat ad concilium iudaeorum. ipse postea de xpi uinculis glo
riatur. ego igitur ut ante iam scripsi xpi uestem in roma
na urbe suscipiens nunc barbaro syriae limite teneor et ne
putes alterius hanc de me fuisse sententiam quid merere
rer ipse constitui. uerum ut ait gentilis poeta caelum non
animum mutat qui trans mare currit. Ita me incessabi
lis inimicus post tergum secutus est. ut maiora in solitu
dine bella nunc patiar. hinc enim praesidiis fulta mundi.